

cancelaria Apostolicæ tit. notabilia super dispensationibus matrimonialibus, in fine. Et Boerius de decisione 264. num. 28. refert pro hac parte, & videtur eum sequi, Glossatorem regulæ Cancellariæ 47. & ait se ita vidisse obtentū bis in iudicio. Idem tenet Couar. 4. decret. 2. par. cap. 6. §. 7. num. 5. Antonius Cucus lib. 5. institutionū maiorum tit. 12. num. 250. Azebedo lib. 8. Reco-pil. tit. 20. l. 7. num. 27. Veracruz 1. p. Speculi. art. 44. pag. 5. in fine primi dubij. Et est satis probabilis, ac tuta.

37 Secunda sententia tenet subreptitiā fore dispensationem, nisi de publica honestate mentio quoq; fiat. Probat, quia si explicetur affinitas ex copula licita, quanvis ex ea quoq; publica honestas confurgat: at cum minimè ea expressa sit, dispensatio vt potè odiosa, ac stricti iuris, ad eam non extenditur. Et à fortiori, si sola affinitas in genere explicetur. Cum enim possit esse ex matrimonio, & sic cōiuncta cum publica honestate, & ex fornicatione, & sic absq; illa: ex quo simpliciter expressa est, intelligitur de simplici, & non de mixta cū publica honestate. Quia in materia dispensationis odiosa, ac stricti iuris, verba, quæ posunt intelligi in significato potentiori, & in minori, semper intelliguntur in minori. cap. finalis, de præbend. cap. cum in illis, in 1. responso, & cap. quanvis, eodem tit. in 6. Hanc tenent Dominicus consil. 33. num. 8. & alij. Et fauet Ioan. Andr. in arbore affinitatis §. ad arborem affinitatis nu. 5. (habetur 9. tomo tractatum,) vbi absolute ait non valere dispensationē, nisi vtriusq; impedimenti mentio fiat. Faut etiam Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 30. num. 2. sine, vbi ait dispensationē in affinitate non extendi ad publicam honestatem.

38 Tertia sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) sic distinguit. Si explicetur affinitas ex copula licita proueniens, vt petendo dispensationem ad consanguineam vxoris ducendam, valebit et si publica honestas taceatur. Quia tacitè illius mentio fit, vt potè, quæ in tali affinitate necessariò includitur. Secus facta solius affinitatis in genere mētiōe. Quia tunc nec tacitè, nec expresse fit publica honestatis mētiō. Cū ea affinitas tam de licita, quæ publicæ honestati coniungitur, quàm de illicita, quæ sine illa est, possit intelligi. Et in materia hac odiosa sunt verba in minori significatio accipienda (vt num. præcedenti dictum est. Adde dispensationem si aliquid opera-

ri possit, esse strictè intelligendam: ne amplius operetur (vt dixi disp. 1. nu. 3.) Cum ergo ea dispensatio operetur in affinitate, non porrigi debet ad publicam quoq; honestatem. Et idē huius sententiæ sunt Abbas cap. non debet. nu. 12. de consanguin. & ibi Alex. de Neuo nu. 11. Præpos. num. 18. Brunellus de sponfalibus, conclusio 26. num. 3. Rosella verb. impedimentum, impedimento 13. nu. 2. Angelus verb. dispensatio num. 10. vbi Sylu. q. 5. num. 9. & verb. matrimonium 8. q. 14. dicto 3. Tabina verb. impedimentum, impedimento 11. ad finem. Loazes de matrimonio Regis Angliæ, dubio 10. numer. 3. l. 3. Gambara de auctoritate legati, lib. 10. num. 243. Stephanus Costa tractatu de affinitate. §. quia inter impedimenta nu. 3. (habetur tomo 9. tractatum.) Nauar. lib. 4. consil. tit. de consanguin. in 1. editione, consil. 4. num. 11. in 2. consil. 7. num. 1. Gaeta cap. ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 203. nu. 488. Et ex Theologis, Supplementum Gabriellii 4. d. 1. q. vnicæ, art. 3. dubio 7. Toledo lib. 7. summa cap. 11. num. 6. Petrus de Ledema de matrim. q. 56. art. vltimo, dubio 2. difficult. 3. corollario 6. & melius. q. 55. art. 4. ad finem: & summa Sacram. vbi de matrim. cap. 27. post 6. conclusionem, difficultate 2. Ludouicus Lopez 2. part. instructorij, vbi de matrim. cap. 30. columna 4. vers. aduertendum est in super. Et huius sententiæ licet subobscure videatur Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 10. num. 3.

Hinc deducitur, petitam dispensationem affinitatis in tertio, vel quarto gradu valere, quanvis non explicetur an ex copula licita oriatur, nec publica honestas. Quia cum ex sola cōiugali copula oriatur in his gradibus affinitas, exprimitur virtute eam ex copula cōiugali oriri: ac subinde tacitè quoq; declaratur publica honestas.

40 Secundo deducitur, in petitione dispensationis affinitatis in primo, vel secundo gradu, si ex copula cōiugali oriatur, esse necessariò narrandum eam ex copula cōiugali confurgere. Si sustineamus nostram sententiam relata num. 38. Quia duplex tunc oritur impedimentum, nempe, affinitatis, & publicæ honestatis: & tacitum est hoc. Imò nec sufficeret mentio affinitatis in genere, & publicæ honestatis in genere. Quia cum publica honestas oriatur quoq; ex sponfalibus, non explicatur an ex matrimonio orta sit. Cum tamen id esse necessariò probauerimus num. 6. Item quia

non

non explicatur an affinitas ex matrimonio orta sit. Cum tamen id sit necessariò. Quia est multò fortius vinculum affinitate orta ex fornicatione. Si tamen sustineamus primam sententiam relata num. 36. satis esset mētiōe affinitatis in genere facere. Quia ea intelligitur de orta ex copula licita, & sic tacitè explicatur publica honestas. Vt ibi latius probatum est.

41 Vltimò deducitur, in potestate dispensandi in affinitate includi quoq; publicam honestatem cum illa concurrentē. Ducor, quòd cum affinitas genus sit ad ortam ex copula licita, & illicita, & potestas dispensandi sit late interpretanda, ad vtranq; extendetur. Quauis dispensatio ipsa, quæ stricti iuris est de sola minori affinitate intelligatur (vt dixi num. 37.) Sicut num. 5. & 9. diximus potestatem dispensandi in aliquo gradu extendi ad eum duplicatum ex vtroq; latere: scilicet de ipsa dispensatione. Cùm ergo ea dispensandi in affinitate potestas claudat quoq; affinitatem ex copula coniugali, cui necessariò coniuncta est publica honestas, extendetur quoq; ad publicam honestatem. Imò ad hanc extendetur, quauis sine affinitate sit. Vt si ex solo matrimonio rati, vel ex solis sponfalibus orta sit. Quia eò ipso quòd datur facultas ad affinitatem ex copula licita, supponit præcessisse sponsalia, & matrimonium ratum, indeq; productum publicæ honestatis impedimentū: & sic facultas illa ad hoc quoq; extenditur. Adde publicam honestatem non oriri ex matrimonio ratione consummationis, sed

ex solo ipso matrimonij contractu oriri: ac subinde publicam honestas, ad quam ea potestas extenditur, non est alia, quàm ea, quæ ex matrimonio rato oritur. Quæ autē nascitur ex sponfalibus est gradus quidam minor eiusdem speciei publicæ honestatis, inclusus sanè in orta ex matrimonio.

42 Vtrum autem in dispensationis impetratione sit facienda mentio copulæ incestuosæ, & matrimonij irriti, ac spei facilius obtinendæ dispensationis, tractabitur tota disputatione sequenti.

43 Ad argumenta num. 36. proposita respondetur. Ad primū negatur intelligi de copula licita. Nec obstat non esse presumendum delictū. Non enim inuitur hæc intelligentia præsumptioni delicti, sed strictè dispensationis intelligentiæ potenti verba intelligi de minori significato (vt num. 37. probauit.) Nec etiam obstat cap. penultimum, de sentent. excom. id enim quasi quod speciale decretum Pontifex, quasi secundo eo decreto de minori veniret ea pena intelligenda. Idq; statuit vt sententiæ iudicis timeretur. Ad secundū, dic quando dispensatio est in re de qua est decretum ali-quod iuris cōmuni, ea verba iuxta id decretum intelligenda esse. At vbi nullū est decretum de ea re in iure cōmuni, nō sunt intelligenda nisi strictè. Quia ius cōmune tāquā ius vniuersale, & fauorabile est extendendū ad eò ipsam quoq; dispensationē in eo iure contentā extendi faciat (vt dixi disp. 1. nu. 7.) At dispensatio priuata tanquā ius priuatum est strictè interpretanda.

DISPVT. VIGESIMA QVINTA.

An in dispensatione matrimonij inter consanguineos, vel affines, & generaliter inter eos inter quos est impedimentum dirimens, sit copulæ inter eos habitata mentio facienda?

SVMMARIVM.

Triplex tempore potest interuenire hæc copula. num. 1.
Triplex potest ea copula haberi. num. 2.
Quorū quæstiones disputantur. num. 3.
An cum copula coniugali ex humana fragilitate possit quam iam ordinarij expeditur dispensationem, reddatur ea subreptitiā? nu. 4.
Quid, quando Pontifex dispensauit dummodo copula non præcesserit? num. 5.
Quid, quando coniugit, ante dispensationem à Pontifice expeditam, vel post, aut quam ordi-

narius dispenseret, nec eius est facta mentio? Refertur duplex sententiæ. num. 6. & 7.
Proponitur sententiæ authoris. num. 8.
An dum petitur dispensatio inter cognatos spirituales, vel habentes aliud impedimentum dirimens præter consanguinitatē, vel affinitatem, sit ea copula explicanda? nu. 9.
An sit explicanda quando non emittit vir semen, aut fuit incestuosa ex parte solus alterius contrahentis, altero ignorante consanguinitatem? num. 10.
An si ea copula sit occulta sit manifestanda Pontifici, an sufficiat penitentiariorum, vel Epi-

po, &

P. & post: penitentiarius petere compositio nem? Et an si contingat incestus post dispensationem expeditam ab ipso Pontifice, antequam ordinarius dispenset, sit iterum ad eundem Pontifice, num. 1.

Quando Pontifex dispensat sub conditione, dummodo copula non interuenierit, qualiter intelligatur ea conditio? num. 12

An is qui est clericus in se interroget eos volentes contrahere, an copulam habuerint, quando vel ipsi narrarunt non habitam, vel dispensat Pontifex sub conditione, ut non sit habitam? num. 13

Quid, si sub ea conditione non sit concessa dispensatio? referatur opinio num. 14.

Proponitur sententia auctoritatis, num. 15.

An teneatur contrahere: si fuerit copula, quando est occulta, ac impetratur, aut impetrare voluit dispensationem pro foro conscientie? num. 16.

Proponitur clausula apponi solita in dispensationibus, dummodo mulier rapta non fuerit: & si sciatur separatur, & explicatur, numer. 17.

An intelligatur de quocunque raptu: vel si femina rapta virum, vel si contingat post dispensationem expeditam à Pontifice, vel ordinario? num. 18.

An ea clausula non apposita, sit subreptitia dispensatio, quando adfuit raptus, nec se exprimitur: & an clausula solita apponi censeatur apposita, & si non exprimitur? num. 19.

Satis sit argumentum, num. 20.

Post num. 20. inueniuntur alia summaria.

Primo præmittendum est, copulam hanc triplici tempore posse interuenire. Primum est, ante quam Pontifex dispensationem cõcedat. Secundum, post concessionem Papæ, antequam ordinarius cognita precum veritate illam expedit. Tertium, post ordinarij expeditionem.

Secundò præmitto posse copulam hanc tripliciter haberi. Primò ex fragilitate humana, absq; tractatu aliquo matrimonij. Secundò, præcedenti tractatu matrimonij, sed absq; spe facilioris dispensationis. Tertio, in vitrosi euentu, cum spe faciliùs impetrandæ dispensationis.

Triples ergo quæstio in hac disputatio ne est discutienda. Prima, quando sola copula incestuosa interuenit ex humana fragilitate. Secundò, quando tractatus, vel spes matrimonij. Tertio, quando habita est spe facilioris dispensationis.

Quæstio prima. An in dispensatione matrimonij inter consanguineos, vel affines, sit necessariò faciendæ mentio copulæ incestuosæ inter eos habitæ ex humana fragilitate, & non cum spe facilioris dispensationis, nec cù matrimonij tractatus. Constare non esse huius copulæ necessariam mentionem, quando ea contingit post concessam dispensationem à Pontifice, vel Penitentiario, & expeditam cognita precù veritate ab ordinario, vel confessore: atq; ita non vitari præcedentem dispensationem. Tum quòd ea copula labe incestus vacet (vt probauimus libro præcedenti, disp. 5. num. 15. & 16.) Tum etiam quia nil in dispensatione tacitum est, quod explicandum necessariò foret. Cùm ea copula post dispensationem omninò consummatam contingerit. Et sic tanquam certù sustinent Corduba summa q. 45. sine. Gutier. q. canonicis, lib. 1. cap. 15. num. 23. Manuel. 1. tomo summa, in 2. editione cap. 238. num. 7. initio. Vega 2. tomo summa cap. 34. casu 98. Qui benè discedit à Manuele dicenti in hoc euentu petendam esse ab Episcopo dispensationem incestus commissi, vt licitè inea tur matrimonium. Quippe nulla est incestus culpa, (vt proxime dixi,) & ideo non est opus dispensatione.

Imò idem dicendum credo, quanuis dispensatio à Pontifice sub ea conditione sit cõcessa, vt copula non interuenierit. Quia satis ei conditioni paritù censeo, cum ante dispensationis cõsummatonem copula non adfuerit. Nam ea postea contingens vires dispensationis omninò consummatæ enervare nequit.

Tota autè difficultas eò pertinet, quando ea copula habita, est inter consanguineos, vel affines, ante dispensationem à Papa concessam, vel post, prius tamen quam ordinarius illam expedit, vel confessarius, quando dispensatio est in foro cõscientiæ ipsi commissi. Triplex est sententia. Prima docet non esse necessariam eius copulæ mentionem. Dicitur primò quòd ea copula nec ex natura rei, nec ex iure Ecclesiastico red dat dispensationem difficiliorum. Non ex natura rei, quia potius faciliore reddidit, ob scemina infamiam, inepitudinè ad aliud matrimonium, & scandala, quæ inde oriri solent. Non etiam ex iure Ecclesiastico: quia verior opinio habet ex incestu cum consanguineis nullum matrimonij impedimentum conseruare (vt probauit lib. præcedenti, disp. 15. num. 16.) Incestus autè cum

affinibus

affinibus quauis id impedimentum præster, est tamen id contraria consuetudine ablatum: nec vlla eger dispensatio. (vt probauit lib. præcedenti, disp. 17. nu. 9.) Non est ergo cur prædicta dispensatio tacito esse incestu subreptitia sit. Secundo, quia esto esset impedimentum, subest Episcopi dispensationi: vt probauit eadem disputat. 17. à num. 16.) Potest ergo à Pontifice peti dispensatio in consanguinitate, vel affinitate, quæ ipsius est: & alia ab Episcopo in incestu: ac neutra subreptione notabitur. Denique, quia si copula occulta sit, atq; in literis dispensationis in foro externo obtinendæ explicetur, cum nomina contrahentium debeant in ea manifestari, famæ scemina iacturam patietur, detecto eius crimine occulto. Atque periculum imminet, vt contrahentes ad forum iudicis secularis deferantur: potiusq; incestus plebentur. Quod piam matrem Ecclesiam nolle credendum est. Et ideo hanc sententiam sustinet Nauarr. loquens de incestu cum consanguineis, vel affinibus, lib. 4. consil. in 2. editione. tit. de consanguin. toto consil. 1. & toto consil. 5. & tit. de sponsalibus, toto consil. 2. & in 2. editione eodem tit. de consanguin. toto consil. 8. & 9. 10. & 11. Et melius in prima editione, eodem tit. de consanguin. consil. 2. num. vnicò, vbi indistinctè loquitur non explicans, an is incestus admissus sit antequam Pontifex dispenset, vel post, ante Ordinarij expeditionem: & explicat quauis incestus sit publicus. Quod idem est incestus publicus sit, & loquens de incestu cum consanguineis, vel affinibus, tenet idem Nauarr. eodem tit. de consanguin. in prima editione, consil. toto 5. & maximè nu. 4. in 2. toto consil. 8. & maximè nu. 4. Idem tenent loquentes de incestu eum consanguineis, Quand. 4. d. 41. disp. vnica, immediatè ante propositionem 12. Salzedo in practica Bernardi Diaz. c. 126. col. 17. in noua editione. vers. vnde meritò. Emma nuel Sa sum. verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, nu. 4. fin. Sed hi duo vltimi loquuntur quando copula est occulta. At idem Emman. Sa. verb. dispensatio. nu. 10. generalius loquitur, indistinctè dicens valere dispensationem super cognitione tacito incestu. Idem tenent loquentes de incestu cù consanguineis, vel affinibus, & explicantes siue ante, siue post dispensationem à Pontifice cõcessam accedat incestus, duo Theologi insignes quos tacito nomine refert Gutier. q. can. lib. 1. ca. 17. nu. 11.

dicens sibi renunciatum esse in vna causa bis pronunciatum fuisse iuxta hanc sententiã. Idem tenent alij multi viri grauissimi de hoc consulti, vt refert eos sequens Henriquez lib. 12. de matrimon. cap. 2. nu. 4. & 5. & 6. quauis limitatè loquitur, nempe, quando incestus est occultus. Idem tenet absque hac limitatione, loquens de incestu cù proprijs consanguineis, & explicans vitrosi tempore cõtingat, Zavallos. q. practicus. q. 73. à nu. 7. Idem sententiã loquentes de incestu cù consanguineis, vel affinibus, Manuel. 1. tom. summa. 2. editione. c. 238. nu. 5. Vega. 2. tom. summa. c. 34. casu 97. vers. nota, porque viene. Discordant aliqui ex Doctoribus huius sententiæ, nam quidam dicunt hanc dispensationem, in qua tacitus est incestus, validã esse in foro conscientiæ: at in foro externo minime admittendam, propter stylum Curie habentem, vt is incestus explicetur: qui falsè presumptioni innititur, & ideo in solo foro externo vim habet. Sic Henriquez proximè allegatus. At Zavallos d. q. 73. 4. casu 6. ait non esse integrum Ordinario denegare hanc dispensationem, quauis ei per legitima testimonia, ac partis confessione constet de incestu. Et hæc sententiã est probabilis propter tot auctorum testimonij. Et illa retenta plus placet huiusmodi dispensationem nullatenus esse in foro externo admittendam.

Secundò sententiã sic distinguit. Si ea copula accedat ante concessam à Pontifice dispensationem, reddet eam subreptitiã illius taciturnitas. Secus si post, quauis Ordinarius eã non expedierit. Ducitur, q. in priori casu dispensatio non sit cõcessa: secus in posteriori, in quo sola ordinarij executio cognita precù veritate desideratur. Et preces veræ sunt: cum nil saluum in eis Pontifici dispensanti propositum sit: nec tacitù aliquid necessariò explicandum. Nam copula illa necessariò exprimens non erat tunc habita. Et ideo huius sententiã videtur Corduba loquens de incestu inter consanguineos in summa. q. 45. opinione 2. p. 1. & 7. Ait enim valere dispensationem, quado post Pontificis concessionem copula contrigit: & ita videtur contrarium sentire quãdo ante illam accidit. Et partim tenet hæc sententiã Ludouicus Lopez. 1. p. instructorij. c. 296. à columna 1. vers. iugit pro resolutione, vsq; ad col. 17. vers. præterea circa redditionem debiti, ait enim incestu inter consanguineos quocunq; tempore

Q99

admis-

admissum non esse necessarium exprimentur: quod is non sit matrimonij impedimentum: at in cellum inter affines eod quod sit impedimentum, esse explicandum, quando ante concessionem Pontificis accidit: nisi sit omnino occultus: & nisi in eod loco consuetudine obtentum sit, ut huius incestus nulla ab Ordinario petatur dispensatio. At nullatenus dicit esse illius mentionem necessariam, quando post Pontificis concessionem cogitur.

8 Tertia sententia (cui tanquam longe veriori adhæreo, etsi duæ præcedentes sint probabiles) ait reddi dispensationem subreptitiam tacito incestu inter consanguineos, vel affines volentes matrimonio copulari: siue is cogitur ante Pontificis dispensationem, siue post, antequam Ordinarius illam expediat. Huius sententia legitimum fundamentum non est, quod is incestus præbeat aliquod matrimonio impedimentum. Nam contrarium est verius (vt n. 6. dixi.) Sed fundamentum est stylus Curia, qui obtinuit, ut incestus hic declararetur. Nec falsa præsumptioni innititur: sed eius ratio est, ut timore huius manifestationis faciende arceantur consanguinei, & affines ab incestuosa copula. At ea, quæ stylus Curia seruat, sunt necessarium in dispensatione explicanda (vt dixi, disp. 21. nu. 16.) vbi & aduersariorum solutiones improbauimus. Secundum, quia taciturnitas veri quo expresso Pontifex non solet concedere dispensationem eo modo quo concessit, sed eum quibusdam moderationibus, reddit eam subreptitiam (vt diximus ea disp. 21. nu. 17.) At manifestatio incestu non solet Pontifex eod modo dispensare, sed præcipiens penitentiam imponi contrahentibus, & longe maiori compositione pecuniaria, & moderata dispensationem hoc modo, ut superstes eo matrimonio soluto ad aliud non trahatur. Tertio, quia etsi verum sit in consuetudinem abijisse peti dispensationem, ut incestuosum matrimonium contrahat, id intelligendum est, quod cum alia femina ab ea cum qua incestum commisit, vult contrahere. At quando cum ea vult, mentio incestus est necessarium faciendum ob prædictum Curia stylum, moderamina adhibere solentis. Propter quod etiam rationem & si alias potest Episcopus in hoc incestu dispensare, at nequit quando illi consanguinei, vel affines voluit inter se matrimonium inire. Oblat enim stylus Curia petens, ut in consanguinitatis, vel affinitatis dispensatione explicetur quoque is incestus, ne subreptitia sit. Quod si dicas huius rationibus concludi esse necessarium explicandum incestum, quando cogitur ante dispensationem Pontificis: secus autem quando post. Quod iam nihil tacitum sit Pontifici, & detur veritas precum ipsi narratur. Sed adhuc vitari dispensationem inde constat. Quod ante eius dispensationis consummationem, quæ contingit per eius executionem factam ab Ordinario, vel coëssore, cui committitur, mutatur casus in dispensatione coëssoris. Cui iam aduersus sit casus, qui erat necessarium explicandus. Quare clausula, si preces veritate nitantur, refertur ad tempus concessionis Pontificis, & executionis Ordinarii, vel coëssoris. Et ideo huius sententia sunt indistincte loquentes de incestu, & de tempore, quo admissus est, Collectarij quæ refert, & sequitur Casbar de autoritate legati, lib. 7. tit. de dispensatione legatorum circa matrimonium, nu. 409. Nauarr. loquens de incestu cum cognata, in summa Latina nouissima, c. 22. nu. 86. fin. Sarmiento loquens de incestu cum consanguinea lib. 1. Selectar. c. 9. n. 1. & 3. Et loquentes de incestu cum consanguinea, vel affini, & explicantes vitrosus tempore commissus sit, tenent Gutierrez, q. cano. lib. 2. c. 15. nu. 13. & lib. 1. c. 15. n. 16. & multis sequentibus: & nu. 24. refert verba congregationis Cardinalium in vtroque casu id declarantium. Gallego de cognitione spirituali, cap. 24. a num. 3. vsque ad 18. Petrus de Ledesma dicens rem esse certam ob Cardinalium declarationem, licet attentio iure communi prima sententia esset probabilior, de matrim. quaest. 56. art. vltimo, dubio 2. difficultate 2. conclus. 2. & 4. & summa Sacram. vbi de matrim. c. 27. circa primam conclusionem, dubio 3. & 4.

Hanc sententiam extendit Gallego de cognatione spirituali: quia nu. 1. quæstionem proposuerat de copula habita cum consanguinea, vel affini, vel cognata spirituali: & respondet eo. num. 3. esse necessarium explicandam. At verius existimo solum in incestu cum consanguineis, vel affinibus exprimentum esse. Quia is solus veram incestus rationem habet: & de eo solo ita obtinet stylus Curia. Et ita docet Nauarr. lib. 4. consil. 2. editione. tit. de cognat. spirit. consil. vltimo num. 6. & 9.

Similiter credo nec explicandum esse copulam incestuosam cum consanguinea, vel affini non consummatam. Vt si vir vas femine penetrarit non effuso intra semine. Quod is coitus non sit vera copula, sed instar cuiusdam tactus impudici. Nec quando fuit ex parte alterius tantum incestuosam.

Quod

Quod alter coiens ignorarit consanguinitatem, vel affinitatem alterius. Quia non est totalis, & vnde quaque incestus: & hæc penalitas sunt restringenda.

11 Præterea quando incestus esset occultus, non oportet eius mentionem fieri in dispensatione pro foro externo proposita Pontifici: sed satis est petere eius dispensationem in Sacra penitentiaria, explicata quoque ibi consanguinitate, vel affinitate publica, super qua aut dispensauit, aut dispensaturus est Pontifex. Sicut quando est duplex impedimentum, alterum publicum, & alterum occultum, diximus faciendum disp. 23. nu. 7. & 8. vbi id probauimus. Et ita tenet Gallego de cognat. spir. c. 24. nu. 3. Et posse tunc a penitentiaria impetrari dispensationem illius incestus docet quoque Nauarr. lib. 4. consil. tit. de consanguinitate in 1. editione, consil. 1. fine, in 2. consil. 9. fine. Et quantum subdat posse quoque ab Episcopo, loquitur iuxta primam sententiam, quam ipse sustinet. (vt ex ipso retuli nu. 6.) At retenta nostra hoc negandum est. Quia (vt dixi num. 8.) non impetratur tunc vera dispensatio incestus: is enim impedimentum non est. Sed suppletur vitium dispensationis Pontificis, in qua narrandum erat hic incestus, ut valida esset. Et similiter si is incestus contingat post dispensationem Pontificis, antequam illa Ordinarius expediat, sit cum consanguinitate, vel affinitate: si autem occultus, Sacra penitentiaria, explicata eadem consanguinitate, vel affinitate. Quia redditur tunc dispensatio, subreptitia, & irrita, ac si a principio is incestus contigisset. An vero possit tunc a Sacra penitentiaria compositio peti, quæ erat petenda propositio eo incestu in foro externo, dicemus disputat. 34. num. 64.

12 Ex his deducitur primum, quid dicendum sit retenta prima opinione probabiliter relata nu. 6. afferenti minimè esse necessariam incestus mentionem: quid (inquam) dicendum sit, quando Pontifex dispensat cum consanguineis, vel affinibus, sub hac conditione, dummodo copula non interuenierit. Nam quidam indistinctè censent dispensationem tunc fore subreptitiam, siue interuenierit copula ante Pontificis dispensationem, siue post, antequam ordinarius illam concedat. Quia deficit conditio, & preces debent vtroque tempore veræ esse. Sic docent Corduba summ. q. 45. opinio 2. puncto 7. Ludouicus Lopez 1. p. instruat. cap. 296. col.

11. versu. igitur pro resolutione. Vega 2. tomo summa. c. 34. casu 97. Petrus de Ledesma de matrim. quaest. 56. art. vltimo, dubio 2. difficultate 3. conclusione 3. Sed magis placet quod docet Emmanuel Sa summ. verb. dispensatio. nu. 10. vbi dicit hanc conditionem intelligi iuxta naturam dispensationis concessæ. Si enim ea in foro externo concedatur, intelligitur conditio, dummodo ea copula constet in foro externo: si verò in foro conscientia intelligitur, quævis occulta sit. Quia clausula dispensationis adiectæ debent intelligi iuxta dispensationis naturam. Et priorem huius partem videtur tenere Henriquez lib. 12. de matrim. c. 2. nu. 7. iuxta ea, quæ nu. sequenti referat ex ipso. Et dicit in commento, litera X. nunquam solere hoc adijci per modum conditionis, sed ut quendam modum.

Secundo deducitur, quid dicendum sit de iudice interroganti consanguineos, vel affines de copula incestuosa, qui ad incedendum inter se matrimonium dispensationem obtinuerunt. Et quid si concedatur dispensatio sub conditione, si copula non interuenierit: quid afferunt teneri hos interrogatos illam fateri, sub mortali, etsi non addit iuramentum: nec valere dispensationem. Quod iudex iuridicè roget, ut potest, qui ad examinandam precum veritatem id interrogat. Sic Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. art. vltimo, difficultate 3. conclus. 3. Manuel. 1. tomo summa 2. editione. cap. 238. num. 8. fine. At si sustineamus opinionem relata. nu. præcedenti, nimirum, ex se non esse necesse explicare copulam, sed solum ratione conditionis appositæ, atque eam conditionem intelligi iuxta dispensationis concessæ naturam, credo verius esse, quando dispensatio conceditur in foro externo, non teneri hos fateri, nisi interrogentur præcedentibus indicij, aut infamia. Et ita docent Hæriz, & Emmanuel. Sa nu. præced. allegari. Et hic bene addit secus esse quado in foro conscientia conceditur dispensatio. Vnde consequenter dicendum est in priori casu non reddi iuramentum dispensationem negata copula occulta: secus in posteriori. At si contrahentes narrassent in precibus se non habuisse copulam: idque Pontifex narraret in dispensatione, addita clausula solita apponi, si preces veritate nitantur, credo quantumuis occulta foret copula, ius esse iudici interrogandi, & copula negata subreptitiam esse dispensationem. Quia interrogatio solum tendit ad veritatem precum examinandam.

Q. 99 2 Quan-

14 Quando autem Pontifex non apponit eam conditionem, quidam reprehendunt eum receptissimum in tribunalibus Ecclesiasticis interrogandi de hac copula: & dicunt non teneri contrahentes illa fateri, dū occulta est. Sic Salcedo in practica Bernardi Diaz cap. 126. in noua editione, colū na 17. versū. vnde merito. Et nō teneri hos incestum occultum fateri docent etiā Nauarr. lib. 4. consil. in 1. editione. tit. de spōsal. consil. 2. fin. in 2. tit. de consanguin. cōs. 10. sine. Ouandus. 4. d. 41. disput. vnica, im mediare ante 12. propositionem. Henricz, & Emmanuel Sa. nu. 12. relati. Petrus de Ledesma de matrim. q. 66. art. vltimo. dub. 2. difficultate 3. conclusione 2. & summa Sacram. vbi de matrim. c. 27. circa primā conclusionem, dubio 4. Manuel 1. tomo summa, in 2. editione. c. 23. 8. nu. 8. fin. Vega 2. tomo summa. c. 34. casu 97. Huius rationē reddidit Henriquez, quia in his nō procedit iudex ex officio ad consulendum bono publico, vel cauendum tertij damnum, sed in casu quodam speciali. Et ideo non rogat iuridicē, vt vel sic teneatur reus respondere, quando non præcedunt indicia, aut infamia. Sed melius Nauarr. & Salcedo eam reddunt rationē, q̄ is incestus occultus sit, nec ad dispensationis substantiā conferat illum iurē. Quare concludunt illi, & Ouandus, Manuel, Petrus de Ledesma, Vega proximē allegati valere dispensationē negata copula: & addit Ouandus id verū esse, quāuis constet fore, vt ea cognita Ordinarius non exequeretur dispensationem. Addunt Pet. de Ledesma in vtroq; loco, & Manuel hos cum iuramento negātes incestū illum occultum peccare mortaliter, non peccato iniustitiā, eo q̄ iudex non roget iuridicē, sed peccato periurij. Vnde dicunt secluso iuramento solam mendaciij officiosi culpā admitti veniā. Et addit Petrus de Ledesma in illo loco summa Sacramentorum nū perallegato non esse improbableē dicere etiam periurij illud non esse mortale. Cū iudex non roget iuridicē.

15 Ceterū (vt notauit lib. 3. disp. 14. nu. 3.) diuersimodē iuxta varias sententias loquē dum est. Quippē retenta nostra sententia dicenti incestum occultum esse explicādū in dispensatione, vt valida sit, asserendum est, us esse iudici de eo interroganti, & teneri eos fateri, aut si fateri nolint, non vti dispensatione, vt potest, quæ ob non declaratum in ea incestum, est subreptitia. Quia ea interrogatio non eō tēdit, vt illi puniā-

tur: sed vt impediatur dispensationis subreptitiā vsus, & matrimonium irritum. Et per hoc satis sit fundamētō vtriq; cōtrario. Et ita docet Manuel tractatu de ordine iudiciario. c. 10. concl. 4. nu. 4. si. At sequēdo opinionem probabilem dicentem non impediri valorem dispensationis tacito incestu, vera est opinio. nū. præced. relata. Et dicendum est omni prorsus vacare culpa ne gare incestum illum etiā cū iuramento. Quia id iuramentum est verū, eius enim sensus est, nō feci incestum, vt substat huic foro externo, in quo iudex rogat.

16 Quod si esset alia occulta dispensatio impetrata pro foro conscientie pro incestu illo, iuxta dicta nu. 11. an tunc teneantur cōtrahentes illum incestum occultum fateri, tenendo eius taciturnitate reddi dispensationem subreptitiā: dixi eos nō teneri, & probauit id, lib. 3. disp. 14. nu. 4. Et idē sentio, quando etsi non sit impetrata dispensatio pro foro conscientie, at contrahētes nolunt ea dispensatione vti, donec aliam pro conscientie foro impetrent. Quod ceter tunc ratio ob quam iudici integrum est de eo incestu interrogare.

17 Tandē ex Curie stylo solet adijci clausula in his dispensationibus, dummodo mulier rapta non fuerit, iuxta regulam Cancellariæ, quæ apud Rebusium in praxi beneficii, in regulis cancellariæ, est 50. & sic habet: Item voluit quod in literis dispensationis super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut alijs prohibito poneretur clausula, si mulier rapta non fuerit. Et sciēter: ponatur clausula addita in quinterno. Et Rebusius ibi. versū. penultimō ait quoties Pōtifex ibi versū. in his impedimentis, solitum apponi, dummodo mulier rapta nō fuerit. Quia super hoc non intendit dispensare, nisi expressē concedatur in dispensatione. Et statim. versū. vltimo explicans eam partem regulæ: Et sciēter: ponatur clausula addita in quinterno, ait sensum esse, si raptor scienter raptam duxerit, & petatur dispensatio, apponatur clausula, vt ratione delicti separantur ad certum tempus, donec commissarij arbitrio egerint penitentiam: iuxta cap. ex literis, de eo, qui cognouit consanguin. Sed hoc intelligebatur ante Tridentinum. Quia tunc raptus non erat impedimentum dirimens, sed solum impediens. Quare cū matrimonium non obstante raptu valeret, non erat in perpetuum separandum: sed eō quod contra Ecclesiā prohibitionem initum erat, separabatur ad tempus.

pus.

18 pus: (vt probauit lib. præcedenti, disputat. 2. nom. 14.) At quando raptus est impedimentum dirimens, iuxta nouum Tridentini decretum (de quo satis egit lib. præcedenti, tora disput. 13.) Si cum eo impedimento matrimonium inearat, est in perpetuum separandum, donec legitime inearat.

Sed quæres de quo raptu intelligatur hæc clausula. Gaeta cap. ad limina 30. quæst. 1. §. 49. 134. nu. 366. sine, ait sensum huius clausule esse, dummodo femina rapta non fuerit causa matrimonij cū ea inuendi, ac proinde huic renunciarit, conueniendo cum raptore de alio inuendo. Vel secundo, & dicit esse communiorē intellectum, quāsi Pontifex velit in hoc nouum impedimentum inducere, quando femina rapta fuerit ad finem matrimonij cum ea inuendi. Et hanc regulam intelligi quando ad finē hunc fuit raptus, docet quoque Petrus de Ledesma de matrim. q. 36. art. vltimo. dubio 3. sine. Et placet mihi: eō quod tendat ea clausula quasi ad confirmationem Tridentini sess. 24. de matrim. cap. 6. statuentis impedimentum inter raptorem & raptā. Quod tamen de solo raptu ad finem matrimonij cum rapta inuendi intelligi, dixi lib. præcedenti, disput. 13. num. 4. Et quantum id impedimentum non sit perpetuum, sed dirapta manet in raptoris potestate: at vt his raptibus obuietur, volunt Pontifices non dispensare, quando huiusmodi raptus interuenit, nisi exprimat in dispensatione. Quando autem censetur esse raptus, dixi tora ea disput. 13. vbi num. 16. dixi non esse locum ei pœne Tridentini iuxta veriorē sententiam, si virum femina rapiat. Et eadem ratione censeo non comprehendī in hac clausula similem raptum. Et credo dispensationem reddi subreptitiā, & si femine raptus a viro factus ob finem matrimonij accidat post dispensationem à Pontifice factam, ante tamen quā illam expedit ordinarius secus si post ordinarij expeditionem. Vt de ipso incestu dixi num. 4. §. & 8.

19 Hinc deducitur, quando consanguinea, vel alia femina eum qua raptor habet impedimentum dirimens, rapitur causa matrimonij cum ea inuendi, subreptitiā fore dispensationem, nisi huiusmodi raptus mēto fiat. Vt bene docet Petrus de Ledesma nū. præcedenti allegatus. Et ratio est, quia non verificatur clausula num. præcedenti allegata. Et esto non apponatur, intelligitur clausula: apponi solitæ de stylo Curie:

vt docet Syluest. verb. rescriptum. quæst. 3. allegato Abbate. cap. quod translationem. nu. 3. de officio legati, vbi generaliter tradit clausulas apponi solitas suppleri, quantum non exprimat.

Ad argumenta num. 6. proposita respondetur. Ad primū. & secundum constat ex dictis num. 8. Ad tertium constat ex dictis num. 11. Ad argumentum num. 7. adductū constat ex dictis num. 8.

SVM MARI VM.

AN si matrimonium initum & consummatū sit intra gradus vetitos, & si coningat postquam Pontifex dispensauit, antequam Ordinarius exequatur, sit subreptitiā dispensatio non facta huius mentione: & quid operetur Tridentinum loquens cum Papa interdixisse hanc dispensationem num. 21. An si inearat, vel consummatur eo animo, vt facilius sit dispensatio, sit is animus exprimendus: 22. An Tridentinū nō erat opus explicare hoc matrimonium, aut cōsummationē, & potius reddere faciliorem dispensationē: secus post. no. 23. An pœne Tridentini, vt bi cōtrahētes scienter intra gradus vetitos careat spe dispensationis, intelligatur e quoq; impedimētō dirimens: 24. Qualis ignorantia excuset ab ea pœna: ita vt sit necessariū explicandū matrimonium etiam consummatum? Proponitur ratio probis desiderari ignorantiam inuincibilem. num. 25. Explicatur qualis ignorantia excuset ab ea pœna, ita vt id matrimonium nō sit explicādū. 26. Qualis ignorantia desideretur, vt matrimonium cū ea cōtrahit reddat faciliore dispensationē præbens in istam dispensandi causam nu. 27. An aliud scitādū sit de ignorantia, quādo agitur ad excusandā taciturnitatē matrimonij cū illa iniri: & aliud de illa, quando allegatur, vt causa facilius dispensationis: num. 28. Quæ cautela seruanda sit, quando matrimonio inito cū impedimento dirimens, & raptus ignorato, impetratur dispensatio: num. 29. An ignorantia solius alterius coniugis excuset ab hac pœna, ac sufficiat, vt facilius dispensetur: & vt verificetur allegatio matrimonij ignoranter iniri: num. 30. An verificetur cōditio, dummodo nō spe facilius dispensationis copula habita sit, vel matrimonium iniri, quādo in solo cōtrahēte fuit hæc spes: & sit necessaria illius mentio: nu. 31. An excuset a pœna matrimonij ignoranter cōtrahitum, quando omisse sunt denunciations sine licentia, vel cum licentia ordinarij: vel ordinario dispensante solum vt premitratur, consummatum est matrimonium illis nō premisit: num. 32.

an sit locus huius penae, quia matrimonium scienter contra impedimento dirimenti iniunctum, fuit an non clandestinum? Refertur opinio. n. 331. Propositur sententia Authoris. num. 24.

An sit necessaria mentio huius matrimonij clandestini, eiusque consummationis in impetratione dispensationis illius impediendi? n. 35.

An sit necessaria mentio sponsalium, aut spei coepta futuri matrimonij concurrentium cum copula incestuosa? num. 36.

Post n. 36. inuenies cetera summaria, quae desiderantur.

Questio secunda. An id matrimonium in eundem inter personas habentes impedimentum dirimens ex legitima dispensatione, sit necessaria mentio de tractatu matrimonij inter illas habiti cum copula, vel sine illa? Et quid, si cum spe facilius obtinende dispensationis id matrimonium contraheatur? Tota haec quaestio versatur circa intellectum decreti Tridentini sess. 24. de matrim. cap. 5. vbi sic habetur: Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere presumpserit, separatur, & spe dispensationis consequenda careat. Idque in eo multo magis locum habet, qui non tantum matrimonium contrahere, sed & consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter fecerit, si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subiciatur poena. Non enim dignus est, qui Ecclesiae benignitatem facile experiatur, cuius salubria praeccepta temere contempserit. Si vero solemniter abibit impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. Quod decretum est Pontificem instruat de modo concedendae dispensationis, nec eius manus ligare possit, non est modici momenti. Tam, quia Pontifex passim in hoc euentu dispensans absque causa iustissima teus erit culpae lethalis. Tam etiam, quia dispensationes impetratae non facta mentione matrimonij intra gradus prohibitos scienter iniunctae, aut ignoranter omnis denunciatio: est consummationis sit, consummationis quoque erit subrepticia. (vt vtraque partem probauit lib. 3. disput. 45. num. 3.) Et hanc posteriorem partem docent quoque omnes Doctores allegandi tota haec quaestione. Et idem dicendum est, est hoc matrimonium, eiusve consummatio contingat postquam Pontifex dispensationem concesserit, at nondum ea per ordinarium, vel confessorum cui commissa est, expedita. (vt de

copula incestuosa probatum num. 8.) Erit tractatum Manuel. 1. como summa, in 2. editione. c. 238. num. 8. Vega 2. tomo summae cap. 34. casu 98. versu. impero nota.

Quod si id matrimonium eo animo inestatur, vt facilius Pontifex dispenseris quoque animus simul cum matrimonio explicandus est, vt valeat dispensatio. Quia Tridentinum. dict. c. 5. id eo statuit, vt scienter contraheus id matrimonium careat spe dispensationis: (vt docet Nauarr. cap. 5. quando, exceptione 5. num. 5. de rescript.) ad eopescendam multorum audaciam, qui ea spe freti inibant, ac consummabant matrimonia, non obstant impedimento dirimenti. Quare Tridentinum volens punire eam de ordinariam speu facilioris dispensationis ex se ipso praesumptam, a fortiori formalem ipsam speu puniet, volens ipsam explicari. Erit docent Couarr. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 14. Antonius Cucus lib. 5. institut. maiorum. tit. 13. nu. 8. Gutierrez. q. cano. lib. 2. cap. 15. nu. penultimo. Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. art. vltimo, dubio 2. diff. 1. conel. 1. Ludou. Lopez. 2. part. instr. d. vbi de matrim. c. vltimo, col. penultima corollarij. Philiarus de officio Sacerdotis, tomo 1. part. 2. lib. 2. c. 13. initio. Atque idem est dicendum, si ea spe consummetur matrimonium, est enim consummationis, & illius spei mentio scienda. Et constat ex eadem ratione. Et sic docet Nauarr. d. exceptione 5. nu. 5. & summa Hispana. c. 22. sine. Toledo lib. 7. summae. c. 18. nu. vlt. Gutierrez. d. c. 15. si. Ludouicus Lopez proximè allegatus. Quod si spes haec fuerit ex parte vnius solum contrahentis: dicemus num. 31.

Hinc deducitur, contra dictum, ac consummatione matrimonij, quae ante Tridentinum inclinabant Pontificem ad facilius dispensandum, iam hodie retrahere per id decretum. Sic Nauarr. summa Latina. c. 22. n. 86. versu. quinto. Gutierrez. d. c. 15. nu. vlt. Henricus lib. 12. de matrim. c. 13. nu. 8. Vnde bene Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. art. vltimo, dubio 2. difficultate 3. post tertia conclusionem, corollario 4. ait ante hoc Tridentini decretum non nocuisse impetrationi dispensationis praecessisse matrimonium, vel id occultatum esse Pontifici in precibus narratis.

Sed circa hoc Tridentini decretum alique difficultates insurgunt. Prima est, an intelligatur de contrahentibus cum quocumque impedimento dirimenti Heriquez

lib. 12. de matrim. cap. 3. nu. 8. in commento, littera P. ait videri intelligi de solo consanguinitatis & affinitatis impedimento. Quia dicit, Si quis intra gradus prohibitos. At hoc solum impedimentum gradus habet. Et cum id decretum sit penale, non debet extendi. Sed id intelligi de quocumque impedimento dirimenti probatum latissime lib. 3. disput. 42. num. 7. & id verissimum censeo. Et ideo de impedimento dirimenti absolute loquuntur explicantes hoc decretum Nauarr. summa Hispana. c. 23. sine. Toledo lib. 7. summae. c. 18. nu. vltimo. Philiarus de officio Sacerdotis, tomo 1. part. 2. lib. 2. cap. 13. initio. Et in proprijs terminis hoc tractat Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. art. vltimo, dubio 2. diff. 1. conclusionem 1. Vnde quocumque impedimento dirimenti laborantes si eius impedimenti conscij matrimonium inter se inuent, aut si ignorantes, omisit tamen denunciationibus, tenentur id matrimonium in dispensatione narrare: est consummationem, consummationem quoque, ne sit subrepticia.

Secunda difficultas est. Qualls ignorantia excuset ab huius decreti poena, ita vt non sit necessaria mentio facienda matrimonij ignoranter contracti, aut eius consummationis, in dispensatione impedimenti? Et videtur desiderari ignorantia probabilis, & iusta. Quia. d. c. 5. sic dicitur: si vero solemniter abibit impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit.

Prima tamen conclusio sit: Quando denunciations in Ecclesia praecesserit, & excuset ab hac poena quaevis ignorantia quantumuis crassa, modo non dici possit ingens temeritas. Constat ex dictis lib. 2. disput. 46. num. 4. vbi eam probauit. Quia Tridentinum petit scientiam, audaciam, & temeritatem praesumptionem: Nec satis est ad hanc scientiam, & malam fidem, scientia speculativa qua coniuges norunt alterum ante matrimonium accessisse ad consanguineam alterius, nisi adde simul scientia practica, qua norunt inde dari impedimentum: vt probatur eadem disput. 40. num. 4.

Secunda conclusio. Vt id matrimonium ignoranter in initum praemissis denunciationibus praebear causam iustae, ac facillioris dispensationis, oportet ignorantiam iustam, ac probabilem esse. Constat ex verbis Tridentini dict. cap. 5. relatis. nu. 21. vbi cauet aliud statui, vt incurratur poena carendi spe

dispensationis: & aliud, vt id matrimonium sit causa facillioris dispensationis. Nam in priori casu petit scientiam, ac praesumptionem in contrahendo, vel culpabiliter omittas esse denunciationes. Cum tunc ageret de poena grauissima incurrenda. At in posteriori, vbi non de poena agit, sed de gratia, petit ignorantiam probabilem, ac iustam. Et ratio est, quia ignorantia alia excusat a culpae grauitate, & ideo a grauissima poena. At non excusat a male matrimonio iniuncti delicto, & ideo aequum est, vt non praestet facillioris dispensationis causam. Cum delictum non sit dignum praemio.

Hinc inferitur, aliud esse dicendum de taciturnitate matrimonij cum impedimento dirimenti ignorato contra, ac eius consummatione: & aliud de eius expressione allegata tanquam facillioris dispensationis causa, eo quod ignoranter in initum sit. Nam vt ea taciturnitas non reddat dispensationem subrepticam, satis est ignorantia quantumque in contrahendo, & consummando, quae non sit ingens temeritas. At vt ea expressio excuset a subreptione, oportet ignorantiam esse iustam. Vt ex dictis num. praecedenti constat.

Vnde tanti sunt petentes dispensationem matrimonio semel inito cum impedimento dirimenti crasse ignorato. Si enim allegent se ignorantes contraheisse, cum allegent ignorantiam tanquam causam dispensandi, subreptitia erit dispensatio. Ob dicta num. praecedenti. Si autem scienter se contraxisse narrent, erit difficilissima dispensatio, ob decretum Tridentini, ac subicietur poena cui obnoxij non erant. Quare, vt vtrumque vitent, debent in precibus narrare se non scienter, & malitiose contraheisse.

Sed dubitabis, an sufficiat ignorantia ex parte alterius coniugis, quantum alter sciens contraxerit? Dic si agatur de non incurrendo poena praedicti decreti Tridentini, & sic vt non sit necessaria in dispensatione mentio matrimonij male contracti, & consummati, satis esse alterius ignorantiam: (vt probauit lib. 2. disput. 40. num. 4.) Et tenet Heriquez lib. 12. de matrim. cap. 3. num. 8. in commento, littera S. Qui idem clare sentit sufficere, vt praestet causam facillioris dispensationis, iuxta id decretum. At id non placet. Quod aliud sit penam incurriere, ad quod malitia vtriusque desideratur: non innocens ob alterius scelus pleaeatur. Et aliud gratiam consequi. Quod bonam vtriusque

fidem petit. Quare in eadem Navarra lib. 4. c. 6. sit. in 2. ditione tit. de consanguin. consil. vltimo. num. unico. tuetur: non valere dispensationem, quando impetrata est allegando consanguineos ignoranter contrahentes, licet de feminis ignorari, si vir sciens, vel scire debens contraxerit. Atque idem dicere sit contra viro ignorantem sola femina sciret. Non enim refert vter eorum ignoret.

3 1 Hinc inferitur, clausulam apponi solitam in dispensationibus petitis explicata copula incestuosa, nimirum, si non fuit habitata spe facilioris dispensationis, verificari quando ea spes concepta fuit ex parte vnius tantum. Et similiter non exilimo necesse esse eius spei mentionem facere, siue in ea copula, siue in matrimonio scienter inito, quando fuit ex parte vnius tantum. Ducor, quod hac obligatio huius spei manifestanda confurgat ex Tridentini decreto. dict. cap. 5. (vt probatur num. 22.) eo quod contrahentes illa spe incurrit eius decreti penam. Et ideo solet apponi predicta clausula in alijs dispensationibus, vt in penam illius prauae spei careant illi dispensationis effectus. Si ergo pena illius decreti requirit vtriusque culpam, iuxta dicta num. precedentis non habet locum in hoc euentu, vbi ea spes ab altero solo concepta est. Nec enim par est, vt delictum alterius sit causa punitionis innocentis.

3 2 Vltima conclusio. Si matrimonium contractum sit ignoranter, at neglectis praebijs denunciationibus, non excusat ea ignorantia a pena Tridentini dict. cap. 5. Quod expressit ibi decreuitur ea reddita ratione, quod salubria Ecclesiae praecpta contemnens, indignus sit, et eius benignitatem facile expeperat. Quare secus esset, si ea denunciations ex ordinarij licentia non praemitterentur. Quia tunc nec negligunt, nec temere merituntur. Quod petit Tridentinum ibi, vt locus sit et penae. Quod si ordinarius tantum dispensare ne praemittantur matrimonio: cum Tridentinum eadem feli. 24. de matrimo. cap. 1. obliget, tunc ad non confirmandum donec praemittantur, si confirmarentur non praemissis contrahentes, consummatio illa non excusetur ratione ignorantiae a praedicta penam. Cum reuera hi dicantur denunciations neglexisse.

3 3 Postrema difficultas est. An huiusmodi locus sit, quando matrimonium illud scienter cum impedimento dirimenti initum, fuit

omnino clandestinum. Quod non interferre parochus cum duplici teste. Afirmat Petrus de Ledesma de matrim. quest. 56. artic. vltimo, dubio 2. difficult. 1. concl. 2. & summa Sacram. vbi de matrim. c. 27. circa 4. conclusionem, dubio 2. Et idem videtur sentire Manuel. l. tomo summa 2. in 2. ditione. cap. 23. nu. 6. Vega 2. tomo summa cap. 34. casu 97. sine, vbi explicant hoc decretum, siue publicè, siue clam matrimonium sit initum. Idem significat Corduba summa. q. 45. opinione 2. puncto 5. Ludou. Lopez. l. p. instructorijs. c. 296. col. 11. verfic. igitur pro resolutione, vbi docentes incestum commissum post Pontificis dispensationem, ante executionem ordinarij non vitari dispensationem: ponderant, et non habitum fuisse animo tunc clandestini in eundi matrimonij. Et potest probari, quia si ignorantia non excusat omitterem denunciations, quae non sunt de matrimonij substantia: eo quod hic indignus sit. Ecclesiae benignitate eius praecpta contemners. Vt expressè hac reddita ratione deciditur. eo. c. 5. Nedom eam penam incurret inens scienter matrimonium omnia forma substantiali, vt potest, qui in re multo magis necessaria contemnit praecptum Ecclesiae. Alias minoris pena plecteretur reus, multo grauioris delicti. Secundo, quia matrimonium id punitur in Tridentino, vt creatur audacia, qua aliqui impediti inibant matrimonium spe facilioris dispensationis. Quae ratio militat quoque in matrimonio clandestino. Tertiò, quia matrimonium hoc esse irritum nil confert ad cuiusdam eius decreti penam. Cum nullum matrimonium validum in eo decreto puniatur, sed id solum quod irritum est ratione alicuius impedimenti dirimenti.

3 4 At probabilius cenfeo non esse locum huic penae in illo euentu. Quod docet Henriquez lib. 2. de matrim. c. 3. nu. 8. Ducor, quod Tridentinum puniat ea penam praesumptes contrahere matrimonium cum impedimento dirimenti. At hi contrahentes non praesumpserunt inire matrimonium. Quippe defuit forma eius substantialis. Secundo, quia non militat ratione Tridentini. Nò prior, quae nu. precedenti, in 2. argumento est proposita. Quia lex intendit penam afficere ea, quae frequenter accidunt, parum detratò contingentibus, curans, nam ad ea. de legibus. At Tridentinum redè nouit fore, vt matrimonia clandestina ab eo irritata, in posterum aut nunquam, aut

rarsimè inirentur: vt potest quae nullius est in potentia futura sit. Cum nec externam, quidem matrimonij speciem habeat: sed sint occubitus quidam. In cuius signum idem Tridentinum eadem feli. 24. cap. 1. huiusmodi matrimonium clandestinum irritat, solis arbitrarijs penis indendum decreuit, nolens penas certas praescribere: quod rarum futurum esset. Non ergo d. c. 5. pena ibi decreta voluit hoc matrimonium plere tanquam rarum, & indignum proflus vt eo ducatur Pontifex ad facilius dispensandum. Non etiam militat posterior ratio in argumento primo proposita num. precedenti. Quia hi non ita debet cõtemnit praecpta Ecclesiae, ac contrahentes inualidè coram parochò, & testibus. Quia priores nec in se verum matrimonium inuent, nec habens externam matrimonij figuram, cui suam auctoritatem Ecclesiae praestiterit, illud approbans. Quod efficiunt posteriori modo inuentus. Atque insolentior presumptio est, & maiori temeritate notanda, in facie Ecclesiae, ac ipsa auctoritatem praestante matrimonium cum impedimento dirimenti inire, quae absq. eius auctoritate, clà id efficiere. Adde rationem hanc non reddidi: Tridentino punitionis omittitiam denunciations, quasi ea penam puniantur eo quod Ecclesiae praecpta contempserint, sed solum reddidit ea ratio, ne hos ignorantia impedimenti excusaret, quod non adhibuerint diligentiam ab Ecclesia praescriptam ad impedimenta inuestiganda. Quae ratio non militat in contrahente absq. parochò & testibus. Cum enim huiusmodi contractus careat matrimonij figura ab Ecclesia approbati, & cui denunciations praemittere non debet, nõ est cur culpe ipsius tribuatur omnis denunciations, sed non obseruasse formam ab Ecclesia praescriptam in matrimonij contractu. Et ex his constat ad rationes contrarias.

3 5 Hinc deducitur primò, non esse necessariam huius matrimonij mentionem, eiusve consummationis, in impetratione dispensationis circa id impedimentum dirimens: sed satis erit copula incestuosa mentionem facere, eo proflus modo, quo illius mentio erat necessaria clauso matrimonio. Quare si copula nõ interuenit, nulla mentio necessaria est. Quia ante hoc Tridentini decretum non erat necessaria matrimonij mentio, vt diximus nu. 23. Jta Tridentinum eam necessarium inducens ratione potest attendi

spe dispensationis, qua matrimonium cum impedimento contractum, eiusque consummationem afficit, nõ loquitur de hoc, quod omnino clandestinum est.

3 6 Secundo deducitur, nec esse necessariam mentionem sponfalium, quae inter hos sic impeditos vnà cù copula intercessere, sed solum copulam attendendam esse. Quia Tridentinum d. cap. 5. solum matrimonij puniit. Quamuis Ludouicus Lopez l. p. instructorijs cap. 296. colum. 13. vers. sed quid si non animo, sentiat non solum sponfalium tractatum, sed etiam spem conceptam futuri matrimonij, quando ea spes ad copulam induxit, exprimi debere, ne subrepticia sit dispensatio. Sed ei non est credendum.

An si copula incestuosa habitata sit spe facilioris dispensationis, siue in animo exprimitur, referatur quadam sententia. nu. 37. Explicatur sententia auctoris: & qualiter admittens delictum spe facilius impetranda dispensationis, quod non Pontifex in illius re medium dispensare, teneatur eum animam explicare: & an monachus ea spe habitam dimittens teneatur id exprimere. num. 38.

Questio vltima. An si copula incestuosa habitata sit spe facilius impetranda dispensationis, sit in animo, quoque, si animus necessarius explicandus. Quidam censent non esse sententia necesse eum animam explicare, sed fuisse tẽpote potestatus. Hij. Vi. Quod si se declararit suam intentionem esse non dispensandi in hoc casu. Ducuntur, quod nulli libi huiusmodi declarandum esse statuat. Tridentinum enim feli. 24. de matrim. cap. 5. solum loquitur quando is animus est matrimonio interuenit (vt diximus num. precedenti, & num. 21.) Sic Nauar. lib. 2. consil. sit. de consanguin. in 1. ditione, consil. 5. num. 5. in 2. consil. 8. nu. 7. Henriquez libro 12. de matrim. cap. 3. num. 8. Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. artic. vltimo, dubio 2. difficultate 3. post conclusionem, corollario 2. Et videtur tenere. Huiusmodi, 2. tit. 15. p. 2. glossa 1. o. n. 6. sine hanc enim sententiam refer in vltimo loco, quamuis falso alleget Couarruiam pro ea.

3 8 At dicendum esse eam spem necessariam exprimendam esse, ne dispensatio sit subrepticia. Si censent Gutierrez lib. 4. canon. c. 15. num. 40. Ludouicus Lopez l. p. instructorijs cap. 296. colum. 12. vers. tertio dicit.

Et tenet Emmanuel Sa. Summa verb. dispensatio num. 10. ubi generaliter tradit vitia dispensationem ex taciturnitate fraudis fide ad eam facilius impetrandam. Et videtur tenere Corduba (summa q. 47. opinione 1. puncto 1. ratione 2. initio, ubi ait ex hac spe reddi difficiliorem dispensationem. Et colligitur ex Nauarro (summa Latina); & Hispana cap. 12. num. 72. & Latina cap. 22. n. 8. 6. vers. 5. & c. si quando; exceptione 4. nu. 4. & 5. de rescript. Manuel. q. regularibus, tom. 2. q. 4. 6. art. 5. Ludouico Lopez proxime allegato, ubi docet subreptiam esse dispensationem cum monacho transseundi ad aliam religionem, tacito animo, quod dimisit habitum; quando dimisit animo facilius eam obtinendi, eod quod nosse Pontificem non dispensare, nisi habitu prius demisso. Redduntque rationem, quia equipollenter hic exprimit fallum eundem dimissionem habitus allegat vt causam secundum dispensandi, videtur tacite dicere ex fragilitate a se demissum esse, & non fraude. Quippe dimissio dolosa non est dispensandi causa. Ne ex fraude commodum reportetur: contra cap. si vir de cognat. spirit. & cap. 1. de eo, qui duxit, & cap. dictum 3. o. q. 1. Vnde hinc eliciunt Manuel, & Ludouicus Lopez ibi hanc regulam generalem. Qui nouit Principem concedere aliquam gratiam in necessarium obuiari alicui delicto remedium, ac id committit vt facilius eam impetret, tenetur hunc sine exprimere. Quippe aliis equipollenter exprimit fallum: & idem subreptia erit dispensatio. Et colligitur ex D. Aug. Epistola 70. ad Aurelium, & refertur cap. legi. 16. quas. 1. ibi. Non est lauda via seruis Dei, vt facilius petant eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores. Sed hec ratio non bene probat hanc sententiam. Primum, quia si hic non allegaret vt causam dispensationis illam habitus dimissionem, vel copulam, in quibus dicta fraudis, & spes reperta sunt, sed alias causas veras, ac legitimas, non videtur aliqua tacita falsi expressio. Cum nulla res necessario exprimenda taceatur. Et si dicas fraudem illam necessario exprimendam: petis principium. Cum de hoc sit questio, & supponas quod probandum erat. Cum inde virtuale falli

expressionem inferas. Secundum, quia si alia causa vera, & sufficientes allegaretur, non probatur ex hac tacita falsi expressio dispensationem esse subreptiam. Quia ipsa met formalis expressio falsi in quadam causa non vitiat, quando alia vera, & sufficientes expressae sunt (vt probati disp. 2. f. num. 42.) Nedium virtuale expressio falsi id efficiet. Vnde doctrina haec non est vniuersaliter vera, sed quando delictum id allegatur vt causa, & constat fore vt eo non allegato Pontifex minime dispenseret eodem modo quo dispensauit. Quia tunc delictum fraudulenter admissum explicatur vt legitima dispensationis causa: cum talis non sit, sed retrahendi ab illa concedenda. Ne ex delicto commodum reportetur. Atque ita virtute, & equipollenter exprimitur fallum. Quia virtute dicitur id crimen ex fragilitate patrum, ac proinde vt fragilitati prospiciatur, esse dispensandi causam. Regrediendo ergo ad nostram questionem, superest causam assignare, cur in incestu consanguineorum, vel affinium habito spe facti dispensationis impetrandae, sit necessario spes haec hartanda. Nam praedicta regula huius exemplo adaptari nequit. Quia tantum abest vt ea copula absque hanc spe habita inducat Pontificem ad falsum dispensandum; vt potius tanquam retrahentem dixerimus num. 8. eam esse necessario explicandam: Quare aliunde petenda est ratio huius sententiae. Et ea quidem est, quam tradit Gutierrez proxime allegatus. Quia, nimirum, stylus curiae habet vt in literis dispensationis impedimenti consanguinitatis vel affinitatis, explicata copula, ad ista clausula conditionalis haec, dummodo copula habita non sit spe facilioris dispensationis. Quare licet ea non addatur, nec explicetur copula; ample tamen opinioem probabilem relaxans num. 6. dicentem non esse eam necessario explicandam, adhuc suppletur haec clausula, iuxta dicta num. 1. 9. & dispensatio erit subreptia non explicata copula hoc animo habita. Quod stylus curiae declarant mente Pontificis esse non dispensare in hoc casu, nisi id exprimat. Quid autem dicendum sit, quando ab altero solo contrahenti haec spes coepta est, diximus num. 3. 2.

DISPV. VIGESIMASEXTA
An dispensatio impetrari possit absque mandato eius, cui impetratur

SVM MARI VM.
Littera ad beneficium possunt absque mandato impetrari. Non vero ad lites, nam tunc beneficium nequit acceptari absque speciali mandato. num. 2. An de iudic. mandatum ad dispensationes, & alia privilegia impetrandae. Refertur quaedam opinio. num. 3. Proposuit sententia auctoribus. num. 4. An dispensatio proficiat ignorantibus, & an equum illum acceptet. num. 5. An dicitur impedimentum esse commune utriusque contrahentis, facti sic ab altero impetrari dispensationem altero proficiat ignorante. num. 6. Quid, si impedimentum sit tantum alterius, vel sit diuersum in utroque. num. 7. Quae sint argumenta. num. 8. Quae sint homines ad hoc in iudic. mandatum. num. 9. Quae sint homines ad hoc in iudic. mandatum. num. 10.

Constat apud omnes litteras ad beneficium dato speciali, vel generali eius, cui beneficium impetratur. Sic colligitur ex cap. si motu proprio, de praeben. in 6. ibi. Sic ut si ad petitionem illius, vel alterius pro eode. Idem ex cap. nonnulli, si sunt & alii, de rescript. per locum a speciali: ibi enim tanquam quid speciale de eorum iuribus tenas, ad lites impetrari non posse absque speciali mandato. Prater ea quia id decretum est in literis ad lites, causa litium vitanda. Quae ratio in literis ad beneficia cessat. Et ita docet Glossa, ad cap. nonnulli, si sunt & alii verb. sine speciali, ad finem, & ibi Abb. num. 1. Felinus no. 4. 6. idem Glossa cap. ad aures verb. litteras, eodem tit. & ibi Abb. sine. De eius sine. Immo num. 3. Ripa. num. 4. idem Abb. cap. ex ore. num. 2. de his, quae sunt a maiori parte capituli, & cap. innotuit. num. 10. de elect. Decius cap. ad haec, in noua editione num. 6. notabili 2. sine, de rescript. Dominicus d. c. si motu proprio num. 2. Nauar. cap. si quando, praedio 1. nu. 2. de rescript. & omnes doctores, quos num. 3. & 4. allegabo.

Ad acceptandum tamen beneficium alteri impetratum desideratur speciale mandatum eius, cui acquiritur. Sic citata decisio Rotae sustinet Felinus cap. nonnulli, si sunt & alii num. 4. de rescript. At difficultas est de impetratione dispensationis, & aliorum privilegiorum. Quidam enim censent speciale mandatum eius, cui impetratur desiderari. Ducuntur ex cap. innotuit, de elect. ubi petita est a Pontifice dispensatio ad confirmandum electionem cuiusdam illegitimi, quae irrita fuerat

& tamen ait textus. Cum non ad postulantem dispensationem, sed ad petendam confirmationem ipsius fuerint nuntii destinati, ad profectum non duximus admittendam. Secundo, quia regulariter nemo potest agere pro alio sine ius mandato. ff. & C. de procurat. toto. tit. Tertio, ex d. illud, si tale. ff. de minoribus, ex quo textu constat speciale mandatum desiderari ad restitutionem in integrum petendam. Cuius rationem reddit ibi Baldus num. 1. quod ea restitutio sit contra ius commune. Quae ratio similiter in omni dispensatione procedit. Hanc sententiam supponere videtur Host. cap. suscitata num. 3. de in integrum restit. & ibi Abb. num. 5. Cardin. nu. 2. oppositione 7. Et in proprijs terminis docent Speculator tit. de procuratoris, si ratio igitur num. 3. vers. 21. & num. 6. vers. 4. Abb. d. cap. innotuit num. 10. Baldus d. illud, si talis num. 1. Corsetus in suis singularibus verb. mandatum, statim in principio. Ceterum tenendum est, nec speciale, nec generale mandatum desiderari ad dispensationis, & quavis alia privilegia impetrandae, sed posse valide impetrari eo, cui impetratur, ignorante. Probatur rationibus quibus id probauit num. 1. de impetratione de beneficijs. Nam quae militant in omnibus privilegijs, gratijs, & dispensationibus. Secundo, ex l. vniuersi 6. C. de precib. imperat. offerunt quae decidit non referre a quo impetratum sit privilegium, dummodo a Principe concessum sit. Tertio, quia tantum abest, vt textus cap. innotuit, de elect. cui inicitur contraria sententia, illam probet, vt potius haec ex illo colligatur. Quippe non loquitur de speciali mandato eius, cui impetranda erat dispensatio, sed de mandato capituli: ac proinde supponit, sufficere mandatū speciale capituli ad impetrandam dispensationem illegitimam male electo. Adde cū Loaz. de matrim. Regis Angliae, dub. 8. num. 10. in eo textu non ad petendam dispensationem, sed ad petendam solius iurisdictionis confirmationem nuntios illos a capitulo destinatos fuisse, & idem non potuerunt nomine capituli supplicare Pontifici pro dispensatione. Et quia fines mandati diligenter seruandi sunt cap. cui denotat Sacerdotali, de praeb. in 6. denegauit Pontifex dispensationem tanquam non petitam a capitulo. Tandem quia pro hac parte faciunt doctores communiter, dum disputant an privilegium, & dispensatio proficiat sententi tempore concessionis, an a tempore scientiae.